

- 1807 [= 2520] cippus effossus a. 1755 in agro terrae Marani vulgo dicto *lo Petricone* GIOV. (ms.); Marani rep. 1755 in feudo principis Caraccioli GIOV. (ed.). Nunc extat Romae in museo Vaticano ad bigam.

*in antica:*

DIS · MĀNIBVS  
N · NAEVI · N · F · PĀLĀT  
VITVLI  
DECVRIONI · PVTEOL  
5 ET · NAEVIAE · SATVRNĪNAE  
MATRI · EIVS · PISSIMAE

*in postica:*

N · NAEVIVS · MOSCHVS  
AVGVSTALIS · PVTEOL  
N · NAEVIO · VITVLO · F  
DVLCISSIMO  
5 ET · NAEVIAE · SATVRNĪNAE  
CONIVGI · CARISSIMAE

CONSACRĀVIT

Recognovit Dressel. Gioyenazzi cod. Vat. 9144 f. 86 ab amico, ed. Aveia p. 110 qui addit p. 118 Caracciolum principem de hoc titulo commentarium scripsisse. Orelli 2757.

- 1808 [= 113] Neapoli in regione Capuana e regione aedium marchionis Vici GIORD.

P · OCTAVIVS  
RVFVS · DECVRIO  
SIBI · VIVVS · FECIT

Fabius Giordanus ms. Apud Pansam II, 190 quod refertur epigramma a decano Dominico Ancora in aede cathedrali Amalfiae positum:  
HIC · INTVS · HOMO · VERVS · CERTVS · OPTVMVS  
RECVMBO · PVBLIVS · OCTAVIVS · RVFVS  
DECVRIO

(inde male Mur. 726, 4), aperte ex illo ductum est. Ancora autem nihil impedit quominus archetypum reppererit Neapoli, neque iam licet propter Pansae relationem titulum pro Amalfitano habere.

- 1809 [= 2630] originis incertae. Neapoli *nella strada seguente alla S. Lorenza in casa di M. Aurelio Pignone in un marmo nel muro* ACC.; in domo Petri Bignoni BVD.; in domo Petri Pighiolo SMET.; a Pozzo bianco in casa dei Pighioli sopra la stufa CITT.; apud Pignones CAP.

M · PACCIVS · M · F · POM · BASSVS  
AVGVR · AEDIL · II · VIR · VOLCEIS · SIBI · ET · SVIS  
PACCIAE · M · F · BASSAE  
MANLIAE · CN · F · RVFAE  
5 PACCIAE · L · F · MAXIMAE  
PACCIAE · M · L · GRATAE  
protomae quinque, viri unus, mulierum quattuor

Accursius II n. 18; Budaus apud Pignonium cod. Taur. f. 78 et Metellum cod. Vat. 6039 f. 352' manu prima; Morillon cod. Amstel. f. 34 et Metellus l. c. m. 2 a Morillonio et Vallamberto et Smetius ms. Neap. p. 198, ed. 44, 10 (corr. in exemplari bibl. Neap.), ubi auctor laudatur Pighius (inde Panvinius cod. Vat. 6035 f. 104'; Manutius orth. 689, 23; Ligorius Taur. 42; Waelscapple ms. f. 161; Grut. 447, 1 ex Smetio et ms. Pighii); Capaccius l. 1 c. 24 p. 296 fortasse ex Smetio; Cittadini cod. Marc. f. 108. 189.

2 VOLSCIS Bud. — 3 seq. om. Bud. — 4 MANILIAE corr. Smet. — 5 MAXIMA Met. — 6 M·F corr. Smet.

Offendit duovir; nam Volceii Lucaniae municipii locum tenuerunt recti a quattuorviris (v. p. 43).

- 1810 [= 1895] lapis solidus Neapoli in ecclesia S. Thomae AVGVST., item GIORD. — Atripaldae in ecclesia Dominicanorum BELL. errore opinor.

A · PACCIO  
RVFO  
AED · Q · II · VIR  
SCIRTVS · AVG · L · SODAL  
5 SVO · F  
HOMINI · SANCTISS  
lupa cum gemellis

Duo exempla videntur superesse Augustini Tyferni, qui delineavit, cod. Vind. 3492 f. 37 = 3528 f. 40' (inde Apianus 124, 4), qui cum Abellinum non pervenerit, de loco certe non erravit, et Fabii Giordani ms., qui videtur vidisse, quamquam citat Apianum. Ex illo pendent Smet. 164, 18 'ex Apiano et aliis' et Grut. 447, 2. Bellabona p. 111 nescio quo errore transtulit inter lapides domesticos; ab eo videntur habuisse reliqui auctores Abellinates, ut Lupoli p. 64.

4 SCIRFVS Aug. Ap. Bell., SCIRFVS Giord., SCIRPVS Grut. ex emendatione; cf. titulus n. 1739 Ti. Claudii Scirti Aug. l. — 6 SANTISS Bell.

- 1811 [= 6318] Neapoli in museo.

PONTI  
PTIMVS · PRÓVidentissimus  
DEORVM · RELigionis dñi  
GENTISSIMVS  
5 BVS · ET · TITVLI  
PRAETEREA · V  
TA · ADQVE · IN  
OSTRO · PRA  
· LOCEN  
10 ONMY  
ITEL

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1590.

X

- 1812 translatum Puteolis extat Leucopetrae Martirani [id est Pietrabiancae in villa Bern. Martirani] VALL.

SABINA  
SACERDOS · CERERIS  
PVBLIC · MONIMEN  
TVM · SIBI · VIVAE · FECIT  
utrimque cerei duo; dein  
victima et culter sacrificatorius

Vallambertus apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 364 d'.

29